



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

I. De clericis & possessionibus eorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

- | | |
|--|---|
| III. De iustitia sancta ecclesia. | XII. De multimoda pace regis, &c. Item de manbota archiepiscopi, episcopi, &c. |
| IV. De vniuersis tenentibus de ecclesia. | XIII. De thesauris in terra absconditis & inuentis. |
| V. De reis ad ecclesiam fugientibus. | XIV. Quid sit regis officium, & de Carolo & Pippino* fratre eius ^{*lege filii} |
| VI. De fractione pacis ecclesia. | XV. De baronibus qui suas habent curias & consuetudines. |
| VII. De decimis ecclesia reddendis, de ouibus & porcellis. | XVI. De saccha. |
| VIII. De apibus, & aliis multis minutis decimis. | XVII. De foca. |
| IX. De his qui ad iudicium ferri vel aqua iudicati sunt per iustitiam regis. | XVIII. De thol. |
| X. De denario sancti Petri, quod Anglice dicitur Rome scot. | XIX. De theam. |
| XI. Quid sit danegeldum, & qua occasione sit constitutum. | XX. De infangthefe. |
| | XXI. De Iudais. |
| | XXII. Decretum regis de usurariis. |

INCIPIVNT LEGES SANCTI EDVVARDI REGIS
 quas in Anglia tenuit, quas Vvilielmus heres
 & cognatus suus postea confirmauit.

P R Æ F A T I O.

POST acquisitionem Angliæ Vvilielmus rex quarto anno regni sui consilio baronum suorum fecit submoneri per vniuersos Angliæ consulatus, Anglos nobiles, sapientes, & sua lege eruditos, vt eorum leges, & iura, & consuetudines ab ipsis audiret. Electi igitur de singulis totius patriæ comitatibus viri duodecim, iureiurando primum coram rege confirmauerunt, vt quoad possent recto tramite incedentes, nec ad dextram nec ad sinistram diuertentes, legum suarum & consuetudinum sancta patefacerent, nihil prætermittentes, nihil addentes, nihil præuaricando mutantes. A legibus igitur sanctæ matris sumentes exordium, quoniam per eam rex & regnum solidum subsistendi habent fundamentum, leges, libertates, & pacem ipsius concionati sunt, dicentes:

LEGES ECCLESIASTICÆ.

I.

Omnis clericus, & etiam scholaris, & omnes eorum res & possessiones vbicumque fuerint, pacem Dei & sanctæ ecclesiæ habeant.